

Disputatio inauguralis de cephalalgia ... / examinandam proponit Christian Johann Lange.

Contributors

Lange, Christian Johann, 1655-1701.
Bohn, Johannes, 1640-1718.

Publication/Creation

Lipsiae : Literis Joh. Georg, [1680]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/gvhpsgms>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

I. N. S.

17

DISPUTATIO INAUGURALIS
De
CEPHALALGIA,

Quam
Indultu Gratos. Fac. Med. Lipsiensis,

SUB PRÆSIDIO

VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi
atqve Experientissimi

Dn JOHANNIS *Gohn*/Ph. & Med. D.

Anatom. & Chirurg. Prof. Publ. longe celeberrimi
Facult. Med. Assess. gravissimi,

Dn. Patroni, Præceptoris & Promo-
toris sui æternum colendi,

PRO LICENTIA,

Impetrandi Summos in Arte Medicâ Honores,
examinandam proponit

M. CHRISTIAN JOHANN *Lange*/Peg.
Med. Baccal.

Die XVIII. Maii, Anno M DC LXXX.

H. L. Q. C.

LIPSIAE,
Literis JOH. GEORG.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
998
999
999
1000

Prooemium.

Quamq; alias quotidianae vilescant, &
 quæ rara sunt saltim amentur; non potui
 tamen quin affectum maximè frequentem
 omniq; die notandum, nempe Cephalalgiam,
 eligerem pro materia hujus meæ Dissertationis.
 Tantum profecto abest ex crebrioribus obser-
 vationibus nauseam mihi fuisse obortam, ut potius eæ-
 dem illæ me invitarint ad penitiorem earum consid-
 erationem. Qvod si enim non jucunditatem tantum
 sed & utilitatem sectamur, atq; iis potissimum gaudemus,
 quæ multum prosunt, existimo me quoq; in hac
 materia reperisse, qvod meæ intentioni satisfacere pos-
 sit: Delector sanè, quotiescunq; unius rei adeo multi-
 farias esse causas, capitisque dolorem in tam diversis
 morbis observari, nunc in febre, nunc extra eam, in
 passione hysterica, malo hypochondriaco, à crapula,
 in alvi obstructionibus &c. nec minus remedia inter se
 adeo dispare, video. Delector scilicet non morbo,
 qui saepius commiserationem & consensum meretur,
 præsertim si dolor vel atrox nimium vel diuturnior in
 Cephalæa fuerit, sed potius harmonia seu convenien-

tia remedii cum eo, qvandocunq; qvæ optamus se-
qvuntur, inventumq; medicamentum qvasi ad nutum
& votum nostrum operatur.. Malui autem à facilior
progredi ad difficiliora, cujus qvoq; veniam à Te, Le-
ctor Benebole, expecto, sperans forte nec omnia à me
hic dicta, Tibi adeo displicere posse. Faxit Deus Tei
Optimus Maximusqve, ut hi cœteriq; conatus mei sūt
ejusdem gratiosa directione ad optatum deducantur
scopum.

§. I.

CEPHALALGIA, qvam pertractandam mihi proposui, vox est origin
græca composita ex κεΦαλή & ἄλγε, ita ut simul & locum af-
fectum denotet, ac ipsius morbi formale, idemqve sit ac capitii
dolor, Germanis Haupt-Schmerzen oder Kopf-wehtagen.

§. II.

Sub nomine eqvidem capititis vulgo comprehenditur totum illu-
qvod vertebris colli incumbit; adeoqve aures simul, oculi, nares, lingua
palatum, dentes, &c. tanquam partes ad caput referuntur. Verum in ta-
sensu neutiqvam vox illa capititis mihi venit; removentur enim ac è num-
ero capititis dolorum excluduntur ab omnibus autoribus dictarum partium
sensationes tristes, peculiaribusqve insignitæ nominibus, scorsim tractan-
tur otalgia sive aurium dolor, odontalgia dentium dolor, & si quis oculi
buccisve aut palato, &c. ab inflammatione vel alia causa dolor accidit.

§. III.

Adeoqve remotis his intelliguntur hoc loco illæ tantum partes, qv
cranio circumscribuntur. hocqve tegunt, pericranium puta, ac ipsa cut-
cum musculis subjectis, & intra cranium conclusæ membranæ, nervi, ca-
rebrum ac cerebellum, cum principio medullæ oblongatae.

§. IV.

Sed & in his dolor admodum variat, nec semper unum eundemq
locum occupat, ita ut non male in particularem ac universalem disting-
possit. Qvandoqve enim vertex tantum, vel frons, vel occiput, vel sim-
ciput, qvandoqve verò dimidiatum qvasi caput dolet, & sic speciali nomi-
ne hemicrania dicitur. Quid per ovum, nucem, clavum, galeamqve in-
tellexerint veteres vide ap. Forestum. Lib.9. obs.62. In universalis autem do-
lor

lore capitis omnes insimul afficiuntur partes, anteriores pariter ac posteriores, superiores atque laterales.

§. V.

Parum interim refert, sive in ipso capite haereat doloris causa, sicque morbum constituat per essentiam, sive in alia parte plus minus remota resideat, sicque morbum producat per consensum; in utroque siquidem casu revera ipsum caput affectum est.

§. VI.

Præterea sunt alii qui differentiam quendam annotant inter Cephalalgiam accidentalem & habitualem, hanc semper vitium aliquod chronicum præsupponere, illam sine prævia dispositione à causa quendam externa v.g. ambulatione in sole, commotione corporis nimia, aut à crapula nimia que vini ingurgitatione excitari posse statuunt. Habitualis iterum dicitur continua vel intermittens, illa sine ulla ferè intermissione afficit ægrum, haec verò per certa intervalla solum accedit; atque haec differentia non tantum à tempore, sed & ab ipsa causa dependet, cujus rationem ipse dolor strictè seqvitur.

§. VII.

Omnium autem optima mihi videtur divisio, quæ ab ipsa doloris natura desumitur; cuius maximam esse differentiam quotidiana nos docet experientia. Alius siquidem dolor est ardens, alias gravativus, alias lancinans, alias tensivus, alias pulsatorius, alias tandem mixtus; De quibus singulis seorsim agendum nobis erit, ac demonstrandum in quoniam ratio formalis differentiæ eorum consistat.

§. VIII.

Primum de dolore capitis ardente. Hic inflammationum proprius est, adeoque tam in partium externalium, erysipelate v.g. capitis, quam internalium, videlicet meningum inflammatione observatur; in his siquidem affectibus ejusmodi dolor percipitur qualis in ambustionibus partium alias notatur, ab analogia itaque hujus cum illo dolore ardens dicitur: Es hizt und brennt im Kopfe.

§. IX.

Dolor verò gravativus est, qui percipitur in gravedine, vel ante ejus invasionem, nec aliam molestiam inducit, præterquam quod pondere quasi premat ipsum cerebrum; Id nostrates egregie exprimunt quando in eo conqueruntur: der Kopff sey ihnen schwehr.

§. X.

Sed dolor lancinans seu punctorius acutissimus est, & in scorbuticis potissimum ac lue venerea correptis annotatur; tum enim puncturæ & rosiones vehementer cruciant ægros, non aliter ac si terebra perfoderetur caput, à nostratis effertur stechen und reissen im Kopfe.

§. XI.

Tensivus in hysterics passionibus vel ventriculi doloribus, item in malo hypochondriaco ac convulsionibus diaphragmatis accidit; in quibus affectibus, si attentus quis fuerit, tensio ejusmodi illo præcisè in loco, ubi nervi è thorace atque abdomine in cranium ascendunt, observari potest, diciturque es ziehet und spannt im Genicke.

§. XII.

In dolore autem Pulsativo æger cum insigni dolore conjunctam percipit pulsationem, non modo circa tempora, sed in ipsa cerebri substantia, vocaturque hic affectus Germanicè das fleppen und pochen im Kopfe & familiare admodum symptomata est in febribus ardentibus, ac morbis ex ira & excandescientia spirituum natis.

§. XIII.

Tandem & dolor aliquis mixtus est, sed varius; nunc enim ardens cum pulsante, nunc gravatus cum tensivo, nunc lancinans ac pulsatorius &c. concurrunt, quatenus scilicet causæ plures in eodem subjecto ad producendum dolorem combinantur.

§. XIV.

Consistit autem in genere omnis dolor in sensatione molesta, quæ ipsa quo major est eò magis acutum dicimus dolorem, quo minor eò minor doloris gradus est: Cumque Subjectum ejus adæquatum organicum sint fibræ partium mobiles primarium verò spiritus, quatenus hi ipsi in fibrarum poris habitantes præter naturam commoventur & afficiuntur, hinc manifestum est, aliter magisque affici membranas & nervosas partes, aliter quæ minus tales sunt.

§. XV.

Excitant illam molestiam variæ causæ, quarum aliæ internæ sunt, quæ in corpore habitant, aliæ externæ quæ ab extra adveniunt, pro quarum causarum diversitate, diversitas quoque doloris oritur, quam in antecedentibus thesibus annotavimus.

§. XVI.

§. XVI.

Porrò harum aliæ sunt proximæ & immediatæ, aliæ remotæ & mediæ. Proxima est, qvæ immediatè capitis dolorem producit, remota est qvæ interveniente adhuc alia causa media ad producendum affectum concurrit.

§. XVII.

In ardente itaqve dolore causæ externæ possunt esse variæ, omnia scilicet qvæ spiritus in fervorem rapiunt, eorumqve affluxum copiosiorem ad caput promovent; v. g. vulnera ac contusiones hujus membra, item æstus ac radii solares.

§. XVIII.

Internæ verò sunt inflammations vel exteriarum partium vel internarum. In externis notissimum est præter furunculos erysipelas capitis, in quo cum insigni dolore notabiliter & in momento quasi externæ partes sursum elevantur, ac intumescent cum rubore. In internis capitis partibus inflammatio meningum, peculiari nomine phrenitis dicta, observatur, ubi præter dolorem acutissimum æstus insignis ac tardem deeria concurrunt.

§. XIX.

In hoc ergo jam dictæ causæ omnes conveniunt, qvod dolorem provocant acutissimum, dolente enim parte affluunt spiritus copiosiores & um majore impetu, ut scilicet illam doloris causam removeant, cum autem sint actu ignei quid aliter conseqvi potest, quam intensus ardor.

§. XX.

Rem se ita habere docent præ aliis ipsius inflammationis causæ antecedentes: nempe ex adustione v. g. vel contusione &c. primum spasmus erit, seu contractura fibrarum, ob quam sanguini quidem affueti conditur liberior accessus, collecto verò interdicitur refluxus, sicque necessario sequitur tumor, quem immediatè spirituum copiosior affluxus constitutus atqve dolor acutissimus.

§. XXI.

Dicis, si spirituum copiosior affluxus causa est unica doloris ardoris, frustra erit distinctio dolorum tradita, cum in omni dolore spiritus affiantur moveanturq; ad partem dolentem. Sed respondeo, verum quia in omni dolore spiritus affuerit ad partem affectam sed maximè

inæqualiter, in quibusdam enim majore cum impetu affluunt, in aliis minore, atque hinc illud dolorum discriminorit.

§. XXII.

Gravatus igitur capitis dolor causam proximam agnoscit serum in poris & cavitatibus seu ventriculis cerebri stagnans, ibique repleione & distensione sensationem ejusmodi molestam atque gravamen induens. In affectibus ergo capitis catarrhalibus dictis communiter notatur.

§. XXIII.

Quandounque enim serum praeter naturam viscidius est, obstruit vias proprias suæ excretioni destinatas, tubulos nempe ossis cribiformis per quos in ipsam narum cavitatem aliæ se effundi solet.

§. XXIV.

Occasionem huic vitio præbent omnes causæ externæ, quæ M. S. & serum simul inspissare possunt, uti sunt aer siccior magis ac calidior, quandoque & frigidior, corporis commotio nimia, abusus diaphoreticorum & diureticorum, purgantia præprimis sic dicta hydragoga, &c. nempe in corporibus pituitosis.

§. XXV.

Huic affectui gravativo capitis cognatus ille est, qui in plethora observatur, stagnat siquidem in hac quodammodo sangvis ut in omnibus ferè corporis partibus, sic potissimum in ipsius cerebri vasis minoribus non modo, sed etiam in sinuum cavitatibus, quæ quantitate hac nimis cruentis repleta, ejusmodi gravamen in capite referunt.

§. XXVI.

Doloris verò lancinantis seu punctorii causa proxima humorum et acrimonia, quæ ad caput delata, maximè sensatas illas membranas pungendo, rodendo ac vellicando afficit, sicque molestissimum & saepè numero diuturnum dolorem capitis producit.

§. XXVII.

Intelligo autem sub humorum nomine nullos alios, praeterquam eos, qui praeter naturam Mae sangvineæ admixti sunt: ita ut non necessarium sit cum Sylvio aliam in bile, aliam in succo pancreatico acrimoniam seorsim querere. Cum enim hi ipsi humores & ex sangvine separantur, & cum eo iterum commisceantur, non possunt, non omnes eadem simul corpori acrimonia. Succum nervorum corruptum, cum non enti similimum sit Willisio relinqvam ceterisque ejus defensoribus.

§. XXIX.

§. XXIX.

Enim verò acrimonia illa sangvinis, qvam dixi causam hujus doloris, qvalis præcisè sit, exacte determinare impossibile est; cum enim naturalis sapor sangvinis \ominus sus sit, multis autem modis ab hoc ipso degenerare valeat præter naturam, saltim monendum est, ea vitia huc spectare, qvæ cum acrimonia conjuncta sunt.

§. XXIX.

Atqve hæc acrimonia sangvinis dupli potissimum ex causa oritur, nempe ab inspiratis vel assumptis. Et inspirata qvidem particulæ illæ Θ inæ sunt, qvibus aer nonnunquam præter naturam turget, qvæqve in pulmonibus Mæ. Sæ, cum hoc per respirationem communicantur; uti videamus illos qvi diuturnis navigationibus intersunt aut in maritimis locis habitant, ferè semper acrimonia sangvinis \ominus sa laborare, id eoqve communiter & cendemice scorbuto vexari. Pariter se res habet cum iis, qvi fusionebus metallorum ac præparationibus mineralium operam dant; hi namq; omni die Gas illud Θ licum & arsenicale, sive fumum metallorum cerrimum attrahunt; ita ut ab hac acrimonia inspirata in iis M. S. tandem alteretur, hincq; dolor ac contractura artuum, malum incautis cerrimum cum dolore capitis lancinante generetur.

§. XXX.

Assumpta vero talia existunt, acetaria, sale conditæ carnes, pisces, &c. qvæ si freqventius qvotidiè assumuntur, qvid mirum si talis acrimonia sangvinis exinde nascatur? Quali vieti cum delectentur Saxonizæ inferios incolæ, in istis qvoqve ejusmodi acrimonia sangvinis communiter observatur, idem præstat potus acris, cerevisia acescens, vinum acidum &usterum, &c. uti qvivis facile in seipso experiri potest suo damno.

§. XXXI.

Huic lancinanti dolori admodum similes illi sunt, qvi à vermibus in cranium qvandoqve residentibus oriuntur, aut pus vel sanginem exivasatum ibique collectum pro causa habent. In eo verò differunt, qvod ululum exquisitor ac fixior magis deprehendatur dolor in his, qvam in o, qvi etiam ideo peculiari termino dolor rodens ac terebrans vocari solet.

§. XXXII.

Tensivus è contra capitis dolor plerumqve ex nervi octavi paris aspicio seu contractura violenta dependet; notum siqvidem est, par illud

nervorum octavum recentioribus, olim veteribus sextum dictum, cordi & pulmonibus, stomacho, jecori atque lieni nervos subministrare, cum renibus autem, intestinis, utero, &c. intercedentibus plexibus nervosis uniri; ideoque in dolore praesertim acuto accidit, ut dolente una parte, reliqua quandoque condoleant non secus ac ipsum caput, nervorum principium.

§. XXXIII.

Ex hac itaque nervorum connexione deducendae sunt omnes cephalgiae, v.g. quae in hysterici passionibus, in vertebrarum luxationibus, quae in doloribus ventriculi & lienis, item in nephritide &c. observantur Paucis: omnis capitum dolor qui in morbis convulsivis accidit, aut per consensum fit, huc debet referri.

§. XXXIV.

In spasmum vero hos nervos rapiunt omnia quae ipsis molesta sunt. Et quidem in corpore sanguinis acrimonia, vermes, calculus &c. Extra corpus contundentia non solum, sed etiam frigus externum, utpote quod spiritus, tanquam eorum naturae ignea contrarium, adeo horrent, ut fibrastas, quas antea inhabitabant, deserant, quibus desertis sponte sua se contrahunt fibræ spasmumque admittunt:

§. XXXV.

Præterea sunt qui halitus quosdam ex partibus remotioribus ascendere ad ipsum caput crediderunt, ita ut juxta Veteres quosdam qui ex utero ascendunt, posticam potissimum capitum afficerent partem, qui ex ventriculo anticam, qui ex hepate dextram, ex liene vero sinistram; vias quaeque hisce halitibus diversas assignarunt, in dextro latere venam cavam, in sinistro arteriam magnam, ex utero per medullam spinalem, ex ventriculo per oesophagum. Videatur inter alios Sennertus in Praxi.

§. XXXVI.

Cum autem fundamentum circulationis sanguinis ex parte vias conceptas refutet & in genere doctrina halitum, quam adhuc Sylvio placuisse inter Recentiores video, minus bene fundata sit, malo sciens halitus præterire, praesertim cum omnis consensus qui ab his deduci solet, felicius in connexione systematis nervosi queratur & inveniatur.

§. XXXVII.

De dolore pulsatorio capitum res magis manifesta est, sanguinis nemptum vehementiorem ac rapidiorem pro causa proxima ac immensata magis habet; ita quidem ut singuli ferè pulsus molestiam quandam in

inferant, ac dolorem in interioribus non minus capit partibus quam exterioribus circa tempora potissimum, ubi scilicet arteriarum carotidum ramificationes externae observantur, creent.

§. XXXIX.

Hujus æstuationis sanguinis causa est spirituum vehementior ac rapidior motus, sicut naturalis & æqvalis sanguinis motus dependet à naturali ac ordinato spirituum affluxu. Notatur autem pulsatorius præprimis in febribus ardentibus, & iis, qui irâ exsandescere solent, in quibus à concitatori spirituum motu M. S. una cum reliquis humoribus insignitor commovetur.

§. XXXIX.

Aliter cum Willilio, Sylvioque plures sentiunt, ac potius fermentationem & effervescentiam sanguinis à concursu diversorum Ætiū, acidi putat ac alcali factam, pro causa orgasmi sanguinis habent. Verum liceat mihi paulisper recedere ab autoritate Horum, rationemque proponere, quæ hanc fermentationem sanguinis mihi suspectam reddit.

§. XL.

Video namque Æta in epta esse ad fermentationem, ideo quod unita in his Ætia quiescant, quia verò M. S. in statu naturali perfectè Æta est, per consequens fermentari nescit. Et ne quis existimet in statu præternaturali quando inæqualibus viribus concurrunt Ætia, effervescentiam aliquam contingere, moneo ipsum fundamentum hujus sententiæ lubricum esse & falsum. Qui enim fermentationem sanguinis credunt, ii non tam causam in ipso sanguine perfecto, quam in affusis humoribus quærunt ac supponunt in chylo & lympha acidum, in bile alcali prævalere, atque ex eorum concursu oriri sanguinis intestinum motum, blandiorem quidem, si minus acria fuerint Ætia, si acriora, vehementiorem & cum effervescentia conjunctum.

§. XLI.

Quod si talis effervescentia in sanguine à Ætis critur particulis, cur quæso extravasatus sanguis nulla ejus vestigia exhibet, cum ad accessum aëris liberoris cœteros liquores fermentantes potius commoveri videamus, & denegato eo fermentationem omnino impediri.

§. XLII.

Nempe ex hoc ipso colligo vitalem esse fermentationem si quæ in sanguine est, ac conseqventer spiritibus vitalibus deberi motum ejus tam naturalem, quam excessivum.

§. XLIII.

Observamus siqvidem omnia quæ in motum rapiunt spiritus, æstuacionem gignere; uti sunt febres ardentes, iræ fervor, motus corporis vehementior, saltatio, eqvitatio, cursus velocior &c. Atque in his omnibus si æstuatio sanguinis fuerit notabilior, dolor quoque pulsatorius deprehendetur.

§. XLIV.

Tandem præter recensitas doloris species, datus quoque mixtus, qui tamen pro ratione concurrentium causarum etiam diversus est. Nunc ex ardente & lacinante dolor componitur, v.g. in febribus scorbuticis; nunc ardens est & simul pulsatorius in febribus ardentibus, vel inflammationibus capitis; nunc ardens & tensivus in febribus cum convulsione conjunctis, vel à crapula, quando scilicet à vino inalescit sanguis, & una gravato ventriculo per consensum caput afficitur.

§. XLV.

Præterea plures adhuc concurrere possunt causæ, ita ut saepe quasi decompositus & multiplex dolor dicendus sit; uti enim in calculosi si quando calculus hæreat in uretere, dolorem primario rodentem ab asperitate transversatis calculi observamus; cui non raro spasim supervenit, qui ad crus ipsum saepius pergit; accedit præterea inflammatio cum intolerabili æstu &c. ita quoque in eodem subiecto fieri potest, ut v.g. ex confusione capitis, à lapsu vel fustigatione dolor oriatur primus, qui omnino augetur à subsequenti inflammatione, & imminente suppuratione sanguinis extravasati; accedente febre vulnerariâ idem simul fit pulsatorius immo & motibus convulsivis adhuc supervenientibus, tensivus; quorum sanè omnium rationem habere debet, qui talis ægri curam suscipere, atque cum laude gerere cupit.

§. XLVI.

Signa igitur cephalalgiæ accurate penitusanda sunt, & quamvis tam ipsam doloris speciem, quam causam externam cognoscere ex querela ægri facile possumus; melius tamen est antecedentia simul & connexa symptomata considerare; hoc enim pacto clarissima omnia patent, in quibus explicandis æger ipse vel errat, vel deficit. Cum autem talium signorum fontes superius exhibiti sint fusius, idcirco lubens hic eos negligo, res enim minus difficilis est.

§. XLVII.

§. XLVII.

De prognosi ita censeo: nimis ardens adeò capitis dolor sàpè transit in deliria vel motus convulsivos: gravatus ex plethora pronuntiat non raro hæmorrhagiam natum, ex catarrho coryzam: lancingans ex scorbuto plerumq; chronicus esse solet, si verò sub vesperam quotidiè exacerbetur extra febrem, lucem venereum indicat: tensivus si ab errore externo contingat, multùm periculosus non est, uti & pulsatorius, q; commotionem corporis insigniorem seqvitur. Denique in mixto quoque plures concurrunt causæ, hoc difficilior est curatio.

§. XLIX.

Itaque ad curam horum dolorum, ac primum quidem ardoris, progressior. In qua i. dñi minus ad causam proximam quam remotam, si quæ occurrit v. g. contusio, vulnus &c. respiciendum est. Proximam vero supra dixi esse æstuationem ab affluxu spirituum ortam, proinde omnia ea emedia quæ inordinatum spirituum motum refrenant, maximo cum successu in hoc affectu usurpantur.

§. XLIX.

Compescunt hunc spirituum motum quædam immedietè, quædam erò magis medietè; illa in ipsis agunt spiritus, eorum orgasmum & imetuositatem motum quasi coercendo & figendo; haec verò occasionem plùm removendo, à qua spiritus irritantur atque alliciuntur.

§. L.

In prima classe reperiuntur opiate omnia atque Ota, Opurum, Oglatum, arcum duplicitum Mysichti, &c. item succinum, camphor, sem. frig. majora. Refrigerare enim haec omnia possunt, quatenus spiritus detinent atque impediunt sua visciditate. Sic externe spir. vin. camphori, fl. Aq;is in vino decoctos, emulsiones papav. alb. amygd. amar. numerorum pectorum in dolore capitis ardentissimo proficia observamus.

§. LI.

In secunda classe plura remediorum genera locum habent, juxta diversitatem scil. occasionalis causæ. Nunc enim V.S. hirudines, scarificationes, & quæ nonnullis probatur arteriotomia convenit, quando velicet plethora ansam præbet stagnationi sanguinis; Nunc verò sudorata, quæ iterum discutiunt vel Erysipelas vel inflammationem ipsam meningum. In erysipelate capitis singulariter profuisse vidi spiritum floridum sambuci urinosum, item Bezoarticum minerale, quod ex Grælingio

ad eò commendat Decker in Exercitation. Med. Pract. p. 508. In Phrenitide cœteris paribus terra sigillata non contemnenda est, qvam ex Montano adducit Deodatus in Panth. Hyg. L. III. p. 121.

§. LII.

Denique balsamica & vulneraria huore referenda sunt, qvando ex confusione, casu vel vulnere caput dolet, qvæ tamen omnia hic tractare prolixius, non est necesse. Interim de efficacia ungventi ex matrisylva & alabastrini vid. Berengar. de fractur. cran. p. 274. & Forestus L. IX. obs. 31. 32. Ubi necessum est, sanguine nimirum congrumato sub crano, trepanatio institui potest ac debet; aperto enim hoc, exemptoqve cruore, promte sedatur ortus inde capitis dolor.

§. LIII.

In dolore gravativo omnibus modis evacuatio instituenda est. Si ex plethora dolor iste nascatur, vena secetur; Si verò ex pituita caput gravante oriatur, incidenda ea est, tumqve educenda; Incidunt eam potentissimè omnia remedia aromaticæ & Θina, specificè lignum sanctum sassafras, sarsaparilla, rad. rhodia & cariophyllata, verbena, betonica serpillum, majorana, rosmarinus, & hinc parata Θia volatilia, spir. Θ cephalicus, Θvol. succini, liqv. CC. succinatus. &c.

§. LIV.

Evacuatio autem per plura institui potest loca, alia enim magis universalis est, alia potius particularis, qvæ caput saltim respicit. Universaliiter evacuatur pituita per vomitoria & reliqua purgantia potissimum phlegmagoga dicta. Utitur præterea, aut potius abutitur vulgus piluli aloëticis, potissimum aloëphanginis; qvæ tamen hoc in casu laudem merentur, qvamvis alijs incassum saepius adhibeantur.

§. LV.

Spectant huc quoqve fontanellæ & vesicatoria, qvorum virtutem & efficaciam in cephalalgia etiam diurna non negabo qvatenus & pituitam & acrimoniam sanguinis non raro conjunctam sensim sensimq; è corpore eliminant; annon autem minori cum molestia idem per aliam viam impetrare possimus alii judicent.

§. LVI.

Propius attingunt hujus morbi causam errhina seu sternutatoria & masticatoria. Sternumenta per experientiam usumq; iam comprobata sunt, è majorana, fl. lil. convall. fol. tabac. rad. Helleb. turpeth

mineral. cum pulvere rad. liqvirit. qvod Decker in Exerc. Medic. Pract. plurimum commendat p.ii. & i9. &c. absit tamen horum abusus. Quemadmodum enim ex continuo usu quidam nullum omnino conimodum sentiunt, ita alii continuum potius affluxum seri hoc ipso concitant, ut vel nares indesinenter stillent, vel obstructæ sint in totum, respirationemque per easdem intercipiant, nisi per singula momenta repetant sternutatoria.

§. LVII.

Masticatoria in hoc affectu sufficientissima sunt mastiche & rad. pyrethri; mirum enim est, quanta seri viscidæ copia, si in ore detineantur, huc confluat. Idem præstat fumus nicotianæ more consueto suscepitus; non enim desunt qui existimant omne catharrorum genus hoc ipso præsidio debellari posse.

§. LIX.

Qvod dolorem lancinantem concernit, ex acrimonia sanguinis serique natum, existimо semper saporem specificum, ut ita loqvar, humoris peccantis considerandum esse. Scorbuticos enim quibus frequentissime cephalalgia accedit, appropriata juvant, cochlearia, nasturtium, sp. sal ammoniac. & reliqua hic usitata ⊖ volat. milleped. &c..

§. LIX.

In lue venerea quæ acerbissimum plerumq; capitis dolorem coniunctum habet ea convenient, quibus alias utimur in luis venereæ cura, lign. & cortex gyajaci, sarsaparilla, china. &c.

§. LX.

Qui salivatione delectantur gialli suosque ægros torturæ non minus gravi quam periculo exponere amant, eandem hic quoque adhibeant, perme licet; certum tamen est, malum saepe exasperari, quandocunque in corporibus scorbuticis, vel simili acri humore refertis, talis cura instituitur, qui enim in se minus corrosivus est. Gius fit talis per appositionem ſium acrum. Qvodsi autem griali uſum admitterem unquam funderem cum ad enecandos vermes, si quiforte causa existunt cephalalgiæ, quemadmodum id observavit Th. Bartholinus C.VI. Hist.III.

§. LXI.

In dolore capitis tensivo, cu per consensum ordinariè nascatur, respi ciendū est maximè ad partē primariò affectam maliqe fomitē. Si è ventriculo oriatur, cognoscenda est vitii natura, nunc enim acidum acre in eo habitat, quod & ventriculum rodit, & eundem dolorem per nervos stomachicos ad caput transfert, tumque omnia ea quæ acidum destruunt ju vant, ita ut oculi & qvoq; & Ol. tri per deliq. mirum saepe & præsentaneum afferant auxilium.

§. LXII.

§. LXII.

Nunc verò ventriculus à pituita saltim gravatur cibisqve indigestis, qvo in casu vel vomitus spontaneus, vel arte provocatus in momento cephalalgiam mitigat, vel penitus tollit. Hunc qvi metuit, stomachica assumere potest, aromaticā, spir. vin. & reliqua, à qvib⁹ digestio prima aliás promovet & acceleratur. §. LXIII.

Præterea notum est in malo hypochondriaco imò & aliis morbis cum alvi obstructione conjunctis, cephalalgiam observari, plus minus gravem, ideo, qvod intestinum colon pondere induratorum fecum gravatum, in consensum rapiat connexum ventriculum, & conseqventer ejusdem nervos. Clysmata ergo, nisi aliæ circumstantiæ ea disvadeant v.g. malignetas purpuræ & petechiarum &c. uti & suppositoria, optimo cum consilio atqve ieyamine doloris applicantur.

§. LXIV.

Si ex lienis vitio caput doleat. *G*ialia, *H*ina & qvæ alias specificè lie- ni dicata sunt, v.g. cappares, cuscuta, ruta, rad. filicis, cortex & lignum tamisci, chelidonijuni majus &c. utramqve absolvunt paginam.

§. LXV.

Ex uteri passione si caput doleat præsentissimum est remedium es- sentia castorei rite parata, liq. CC. succin. & reliquus antihysterico- rum exercitus. In genere sive ab his jam recensitis partibus, sive ab aliis, renibus, diaphragmate, &c. oriatur per consensum cephalalgia, anti- spasmodica exhiberi possunt, plurimum ergò usum habet cinnabaris *g*ii atqve ac nativa, pulvis ille cephalicus Dn. D. Michaelis, atqve similia, præsertim cum opio legitime correcto sociata.

§. LXVI.

In dolore pulsatorio plura conveniunt remedia qvæ supra in ardentes commendavi, cum omnis ardens pulsatorius simul sit, qvamvis vicissim pulsatorius detur sine ardente; fieri enim solet ut nunc quidem sanguis commoveatur absq; notabili æstu, ob defectum spirituum, nunc verò commotis spiritibus simul æstuet sanguis. In illo igitur casu, quando ex motu corporis circa tempora pulsant arteriæ cum dolore, quies sufficit; in hoc, juxta methodum superius traditam nunc V. S. nunc opiata atqve alia admitti possunt. §. LXVII.

Qvod supereft, in dolore mixto nihil novi occurrit; satis est, si pro ratione illius vel conjungantur remedia, vel feligantur qvæ pluribus indicationibus satisfaciunt. Hæc sufficient.

S. D. G.